



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 12. Sanctarum feminarum paupertas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

## §. XII.

*Sanctorum feminarum paupertas.*

Alterius tamen sexus, & minoris quoque  
 ætatis libet, in hac laude, mentionem non  
 omittere. Ac ne Marias Ægyptiacas, solo  
 capillitio pallij instar tectas, & radicularum  
 esu pastas; Melanias Romanas immensarum  
 opum contemtrices; Macrinas Gregorio  
 Nysseno fratre dignas, similesque innume-  
 ras è cælesti gynæceo huc conuocem, pau-  
 cis contentus ero. Birgitta vidua à Boni-  
 facio IX. Pontifice Maximo in numerum  
 Sanctorum relata, ac reuelationibus mul-  
 tis illustrata, humilitatis pariter ac pauper-  
 tatis magistra fuit. *Paupertas voluntaria adeò*  
*illi cordi fuit, ut omnes res & facultates suas*  
*cuidam commiserit dispensandas: & quoties ali-*  
*quid inde vel in suos, vel aliorum usus conuerti*  
*cuperet, cum summa humilitate, in nomine*  
*I E S V Christi id sibi dari petierit, perinde ac si*  
*numquam eas posse sedisset. Solebat autem, in*  
*eiusmodi petendis rebus, aliorum, qui cum ipsa*  
*erant, utilitatem sua anteferre, & propriam ce-*  
*lans indigentiam, orare, ut illis praberentur ne-*  
*cessaria, licet ipsa plus ceteris ijs careres, ut sic*  
*proximum purè diligenter propter Deum. Duo*  
*utilissima hinc fluunt documenta, charita-*

Sur. 23/  
Iulij.

tis

tis vnum, paupertatis alterum. Si enim tu-  
tus fuit paupertatis amor, vt vidua ha-  
sanctissima, vel sua, *in nomine I E S V Chri-*  
*peteret, cur quidam erubescunt, in eodem*  
*nomine petere stipem alienam? Gloria ei,*  
*non dedecus, Christi caussa fieri mendicus.*  
*Deinde, et si sit ordo charitatis, vt à nobis*  
*ipsis incipiamus, quibus plus quam alijs*  
*debemus, in rebus id spiritualibus est in-  
ligendum, aut omnino ad vitam necelli-  
tijs: ea autem, quibus carere possumus,  
ventri negare, atque alijs potius concede-  
re, non est charitatem offendere, sed can-  
nalitati anteponere. Periculosa enim est  
charitas, cuticulam propriam curare; cum  
succurrere alterius necessitati. Reddam hic  
etiam debitum Elisabethæ testimonium,  
quæ præclarâ Christianaque operâ, vetusta-  
te familiæ suæ dignissima, posteris merito  
venit suspicienda. Fuit ea Andreæ secundi  
Pannoniæ regis filia, & Ludouico Landgra-  
vio Turingiæ Principi enupta, quæ inter-  
opes luxumque sacerularis potentiae, neque  
opibus, neque luxu afficiebatur. Quoties ei  
domi, atque inter domesticos parietes lice-  
bat, vilissimum sumebat amictum, more-  
que ad paupercularum normam, quoad po-  
teris*

**Conrad.**  
in vit. ei-  
us. Ful-  
gos. lib. 4.  
tom. 4.  
Marul.  
lib. 1, c. 8.

terat, componebat, dictans, haud aliter  
se victuram, si quando, extra alterius arbit-  
rium, sibi degere à Deo concederetur. Illud  
sanè solenne illi erat, ut quoties ad templū  
iret, non nisi inter insimæ sortis feminas  
confidendi locum caperet; in oculis omniū  
professa, desiderare se in illarum numero  
esse, quarum consortium tam studiosè am-  
biret. Quare marito per mortem ablato,  
quidquid possedit, inter pauperes distribuit:  
& quia opes non magni æstimabat, parui  
æstimauit fortunas duntaxat se Christi  
amore impendisse, se etiam seruitio misero-  
rum consecrauit. Hanc ob caussam amplum  
diuersorum ædificauit, in quod grandem  
pauperum ægrotantium turbam congrega-  
uit, cui ipsa, noua Martha, diligenter mini-  
strauit. Ab hoc tam pio, sed, ut putabatur,  
nimis abiepto munere, voluit eam patens in  
Pannoniam reuocare. Sed illa gnara æsti-  
mare pretium paupertatis, regno inopiam  
præposuit, sceptro quovis judicans pretio-  
sorem esse Christi seruitutem. Ob quam  
virtutem eam Deus inter sanctos suos esse  
voluit, clarissimisque miraculis, per eam  
patratis, testatus est, eam rectè atque sapi-  
enter egisse. *Quia melius est medicum iusto,* Psal. 36.

*Super*

In vita S.

Euphra. Super diuitias peccatorum multas. Euphrat,

se, apud pietatis odore tracta, saepius quoddam ca-

Rosveid. nobium sacrarum virginum visitare solebat.

I. i. vit.

SS. PP.

Quodam die rogabat Abbatissam & priores mo-  
nasterij dicens eis: Parvam benedictionem vobis  
absq; terrore vestro praebere, redditum aurici-  
ginti, aut triginta librarum, ut oretis pro ista  
famula vestra, & pro Antigono patre eius. Cui  
Abbatissa respondit: Domina mea matrona, an-  
cilla tua non egent redditibus, neque pecuniam  
concupiscunt. Propterea namq; omnia relin-  
quunt, & cuncta despiciunt in hoc seculo, ut eten-  
nis bonis frui mereantur: & nihil possident  
volunt, ne caelesti regno priuentur. Vere viti-  
lis & generosi animi femina, quæ dum pos-  
sessiones poruit contemnere, Deum posse-  
dit. Generosi enim magniq; animi est, nihil ad-  
mirari, prater Deum, ait S. Cyprianus.

## §. XIII.

## S. Clara paupertas.

Huic heroidi partuit S. Clara, quæ cum  
esset nobilis & opulenta, sua omnia distri-  
buit in pauperes, Ordinemque pauperum  
Religiosarum instituit. In qua paupertati  
spiritus, quæ vera humilitas est, & paupertati  
rerum omnium conueniebat. Primus, inquit  
author vita iussu Alexandri Pontificis Ma-

ximi

Sur. 12.  
Augusti  
cap. 9.